

## PRAEFATIO

Anno MCMLXXII CAROLUS EDSON, vir in epigraphicis Macedonicis semper memorabilis, *Inscriptionum Graecarum* volumen X 2, 1 edidit, quod titulos Thessalonicae et in agro eius ante annum MCMLX inventos nec no testimonia urbis epigraphica continet. Hoc volumen fundamentale nihilominus autem quadraginta annis post propter felicissima et uberrima incrementa supplendum esse nemo erit qui neget. Itaque a. MM in aedibus Sedi Scientiarum provehendarum Nationalis (Ἐθνικὸ Ἰδρυμα Ἑρευνῶν) PETRUS HERRMANN et KLAUS HALLOF, *Inscriptionum Graecarum* moderatores, MILTIADES HATZOPOULOS et DESPOINA PAPAΚONSTANTINOY–DIAMANTOYROY, sodales Centri Graecae Romanaeque Antiquitatis investigandae quod est Athenis (Κέντρο Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆ Ἀρχαιοτήτος), et PANTELIS NIGDELIS, Scholae historicae et archaeologicae Universitatis Aristotelicae Thessalonicensis socius, consilium ceperunt, ut fasciculi supplementarii ederentur, alter titulis post a. MCMLX inventis, alte Addendis ad titulos Edsonianos et indicibus generalibus destinatus.

Cum cura fasciculi primi mihi mandata esset, hieme anni MM inscriptiones nuper inventas colligere et commentariis explanare coepi in bibliotheca hospitali Centri supra dicti, ubi otio ab officio docendi fruens per tres menses etypa et imagines photographicas inscriptionum Thessalonicensium, quae in Museo Archaeologico asservantur sive editas sive ineditas recognovi et inspexi; ibidem etiam archivo epigraphico usus sum, quod DESPOINA PAPAΚONSTANTINOY–DIAMANTOYROY condiderat et nova materie semper augebat. Vere eiusdem anni quoque Academiam Berolinensem adii, ubi Klaus Hallof aditum ad thesauros *Inscriptionum Graecarum* Macedonicos liberaliter mihi patefecit.

Annis insequentibus titulorum novorum messem per annos miro et inexpectato modo crescentem carpere conatus sum in eis locis ubi conservantur, scil. in Museo Archaeologico Thessalonicensi (AMΘ) et in Museo Cultura Byzantinae (MBΠ); in receptaculis ΙΣΤ' ephoriae Classicae atque Θ' ephoriae Byzantinae; in nova collectione Rotundae; in receptaculo denique vici Καλοχώρι, ubi inscriptiones repositae sunt, quae in stationibus subterraneae ferri-viae effodiebantur.

Imaginum photographicarum, quae in huius fasciculi tabulis exprimuntur, pleraeque factae sunt sumptibus Universitatis Aristotelicae et duorum editionum, quarum particeps fui: *Die lokalen Sarkophage aus Thessaloniki* et *Edition of Epigraphic Sources and Documentation of the History of Ancient Macedonia*; nonnullas ipse addidit sumptibus meis, alias benignissime suppeditaverunt ELIAS SVERKOS, MUSTAFA HAMDI SAYAR, CHARALAMBO KRITZAS, alias denique, quibus tituli nunc amissi vel deperditi illustrantur, ex archivis Museorum et ephoriarum Thessalonicensium, KEPA Atheniensis, Scholarum archaeologicarum Francogallicae et Germanicae quae sunt Athenis deprompsi.

Ad hunc fasciculum perficiendum multorum auxilio fructus sum, quibus omnibus pro meritis maximas gratias agimus: primum praefectis Museorum ephoriarumque Thessalonicensium de quibus supra mentionem feci; deinde archaeologis MELINAE PAΪSIDOY, CALLIOPAE CHATZINIKOLAOU, PHOTEINAE LYROY, quae in Museis laborem meum multis modis faciliorem reddiderunt; item CHARALAMBO BAKIRTZIS, EUTERPAE MARKI, DESPOINAE MAKROPOYLOY LILIAN ACHEILARA, ANTIGONAE TZITZIMPASE pro liberalitate et humanitate, quibus concesserunt, ut titulos novo ab eis repertos ederem; denique collegis et amicis, quibuscum varias quaestiones archaeologicas, epigraphicas philologicas disputavi, ANGELO CHANIOTIS, THEODOSIAE STEFANIDOY–TIBERIOY, ANASTASIO ANTONARAS, DEMETRAI TERZOPOYLOY. Valde quoque laudandae sunt PAULI ANAGNOSTOYDIS, discipuli mei, diligentia et accuratio, sine quibus non potuissem perficere manuscriptum huius partis Supplementorum primae, qua collecti sunt tituli inter a. MCMLX et MMXV Thessalonicae inventi additis nonnullis, quos Edson omiserat. Altera Supplementorum pars Addenda et Tabulas ad IG X 2, 1 nec non Indices fasciculorum Edsoniani et mei continebit.

Gratissimus autem sum erga KLAUS HALLOF, qui non modo de hac editione curavit, sed verum etiam me amicitia sua honoravit. Sit ei hic meus fasciculus remunerationi studii et amoris, quibus per triginta fere annos numerosa corpora *Inscriptionum Graecarum* feliciter publicavit.

Scribebam Thessalonicae mense Iunio a. MMXVI

PANTELIS M. NIGDELIS

Στην Εισαγωγή (Praefatio) τού *IG X 2,1, Suppl. I. Tituli inter a. MCMLX et MMXV inventi* (2017), ο Παντελής Νίγδελης αναφέρεται στην Δέσποινα Παπακωνσταντίνου – Διαμαντούρου και το σχετικό έργο της, καθώς και τη γενική της συνεισφορά. Εδώ, το απόσπασμα (μετάφραση από το Λατινικό πρωτότυπο):

Το 1972, ο Charles Edson, άνδρας αξιοσημείωτος όσον αφορά στις Μακεδονικές Επιγραφές, εξέδωσε τον Τόμο X 2, 1 των *IG*, ο οποίος έχει τίτλο «*Θεσσαλονίκης και εν τῇ περιοχῇ αὐτῆς ανευρεθείσας*» προ του έτους 1960 και προσέτι επιγραφικές μαρτυρίες της πόλεως». Ο τόμος αυτός, παρόλο που υπήρξε θεμελιώδης επί σαράντα χρόνια, κανείς δεν αρνείται ότι πρέπει να συμπληρωθεί, έπειτα από τα ευτυχέστατα και πολύ άφθονα προσκτήματα [των ανασκαφών]. Έτσι, το έτος 2000, στην έδρα του Εθνικού Ιδρύματος Ερευνών, ο Peter Hermann και ο Klaus Hallof, συντονιστές των *IG*, ο Μιλτιάδης Χατζόπουλος και η Δέσποινα Παπακωνσταντίνου - Διαμαντούρου, μέλη του Κ.Ε.Ρ.Α. που βρίσκεται στην Αθήνα, και ο Παντελής Νίγδελης, μέλος της Ιστορικής και Αρχαιολογικής Σχολής του Α.Π.Θ., αποφάσισαν να εκδοθούν συμπληρωματικοί τόμοι, ο ένας με τα ανευρεθέντα λήμματα μετά το έτος 1960, ο άλλος προοριζόμενος για προσθήκες στα λήμματα του Edson και γενικά ευρετήρια.

(..)

*...φωτογραφίες των επιγραφών από τη Θεσσαλονίκη, που φυλάσσονται στο Αρχαιολογικό Μουσείο, είτε εκδοθείσες ή ανέκδοτες, έλεγξα και θεώρησα. Εκεί προσέτι χρησιμοποίησα και το επιγραφικό αρχείο, το οποίο δημιούργησε η Δέσποινα Παπακωνσταντίνου - Διαμαντούρου, και επηύξανε πάντοτε με νέο υλικό.*

Παντελής Νίγδελης συνέγραψε εν Θεσσαλονίκη, τον Ιούνιο μήνα του έτους 2017.

.....

In the Preface (Praefatio) of *IG X 2,1, Suppl. I. Tituli inter a. MCMLX et MMXV inventi* (2017), Pantelis M. Nigdelis makes reference to Papakonstantinou - Diamantourou's relevant work and overall assistance. An excerpt, translated from Latin original text:

‘In 1972, Charles Edson, the exceptional man and scientist of the field of Macedonian Epigraphy, published Volume X 2,1 of *Inscriptiones Graecae*. Although this volume is considered fundamental in its field for the last 40 years, the common consensus is that it must be supplemented, due to the very fortunate and abundant finds [of the excavations]. Thus, in 2000, at the headquarters of the National Hellenic Research Foundation, Peter Hermann and Klaus Hallof, the coordinators of *IG*, along with Miltiades Chatzopoulos and Despoina Papakonstantinou - Diamantourou, both scientists of the Section of Greek and Roman Antiquity seated in Athens, and in collaboration with Pantelis Nigdelis, member of the faculty of the School of History and Archaeology of the Aristotelian University of Thessaloniki, decided to publish two supplement volumes; the first, relevant to the finds after 1960, and the second intended to supplement Edson's entries and indexes.

(...)

...photos of the inscriptions from Thessaloniki, kept in the Archaeological Museum of Athens, published or unpublished, which I proofed and reviewed. In this publication I also used the epigraphic archive created by Despoina Papakonstantinou - Diamantourou, which she constantly enriched with new material.’

Written by Pantelis Nigdelis in June 2017, in Thessaloniki.